deus de filio suo. Qui non credunt filio quia ait
ego et pater unum sumus. Et interrogante
caipha ac dicente. Tu es christus filius be
nedicti. Respondit ego sum. Sed et qui vel negant
christum vel negant filium dei vel negant similem patri
contendunt. mendacem profecto faciunt pa
trem quia non credunt testimonio quod testi
ficatus est deus de filio suo. In illo videlicet
quod et supra meminimus. Tu es filius meus dilectus.
in te conplacui mihi. Sed et illo quod imminen
te ei hora passionis perhibuit. dum orante
illo ac dicente. Pater salvifica me ex hac
hora. Sed propterea veni in horam hanc. pater
clarifica nomen tuum. Respondit etiam
turba audiente de caelo. Et clarificavi.
et iterum clarificabo. Verum secundum significans.

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 262, p. 282 – Beda in epistolas canonicas
(http://www.e-codices.ch/fr/csg/0262/282)